PLATO. ARISTOTELES

Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 215r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



graciosi: bonos hntes liberos ac huiusmodi alia. Et si propter hec
aliud quoddam bonum attingat ipsis similiter. nam hic magis
ditantur qui nuper ditati sunt cum propter diuicias prin
cipentur: quam qui diuites ex moribus fuerunt. eodemque pacto
in aliis. Cuius causa est: quoniam alii sua possidere videntur alii
minime. nam quod semper sit se hre uidetur uerum esse
uidetur. Quam obrem non uidentur illi sua possidere.
ac quoniam non quilibet unoquoque bono dignus est: sed proporcio
quedam atque quid ydoneum consideratur ut arma pulchrima
non iusto sed forti consentanea: et excellentes nupcie non
nuper ditatis sed nobilibus. Si ergo cum probus sit que
congruunt non consequitur: indigna res est: si peior cum
meliore contendat. ac maxime si in eodem. unde id quoque
dictum est: sed aiacis telamoniade uitabat congressum. Jupi
ter namque ei quod uiro cum forciore pugnaret indignatus.
Si uero non etiam si qualitercumque peior cum meliore: ueluti
si musicus cum iusto. Nam iusticia melior quam musica est.
Quibus igitur indignantur: et quas ob res: ex hiis ad apertum
est. Hec enim et huiusmodi sunt. Ipsi autem indignatiui
sunt. Primum: si maximis digni sunt bonis ea que possidentes
non enim iustum est: ut non similes similia consequantur.
Deinde: si cum boni sint: studiosi quoque sunt. iudicant namque
probe: oderuntque quod iniustum. Preterea si ambiciosi:
quarundamque operationum appetentes: ac maxime si in hiis
ambiciosi sint. que alii cum sint indigni: tamen assecuntur
et uniuersaliter qui se ipsos quibusdam rebus dignos putant:
quibus alios putant indignos: illis indignantur: et horum
causa. Quocirca seruiles praui: et honorem contemnentes in
dignatiui non sunt. cum in hiis huiusmodi ditu sit: ut
eo se dignos arbitrentur. Ex hiis patet quibus in rebus si
aduersa utuntur fortuna et affliguntur: aut non consecuntur:
gaudere aut absque dolore esse congruit. nam ex dictis
que sint oppositat patet. Quare si et iudices ita oratio